


tractu angulum conficiunt, ibi b. litera exarabitur. Deinde b. angulus, recto ductu ad trecentos pedes excurrente, præcidatur, cuius termini d. c. distinguantur characteribus, ita vt d. b. & c. e. longitudinè cõparem obtineat: id quod infra à nobis linearũ perſcriptione adũbratũ est. Cæterũ cũ ad operis cõstructionẽ accingemur, eadẽ rationẽ maiore figura, atq; sũt proximè subsequẽtes, planiũs effingemus.



Incinde per lineam d. e. mediam, & b. angulum crucis in modum ductenda est transversa, ita vt quatuor d. e. & f. g. literæ totidem angulos compares sortiantur, ex quibus g ad fossam spectet. Punctus vero ille ad amussim medius, vbi quatuor committentur anguli, h. inscribendus est. Ac in g. h. linea punctus i. ita constituetur, vt sexaginta pedibus ab h. versus g. pcurrat. His ita perfectis circinus vsurpabitur, qui altero pede super f. g. h. linea, in k puncto (qui arte inquiritur) defixo, altero circumacto . d. i. e. circuli arcum describat: qui valli faciem, qua ad sui radicem à fronte prominet, commodè præ se feret. Consimili pacto & fundamentum valli posterius quod ciuitatis mœnia intercipiunt, comparandum, vt ad eandem altitudinem deorsum versus in aream demissum perſcribatur. Quanquam enim tanta fortassis depressione, quantam in fossa pro d. linea postulat, hic minimè opus habeat fũdamentum, tamen assequemur hæc commensurata perſcriptione, vt si vel vsus vel operis ratio vtranq; valli portionem, & quæ ponè est, & quæ à fronte, comparem postulauerit, facilius tum, & ipsa operis forma absolui, & fossis, reliquisq; eius cõmoditatibus satisfieri queat. Ideoq; à linea d. e. exorſi, quadratum retro versũ ad sexaginta pedes recta ptrahemus, cuius anguli duo, l. m. literis distinguantur. Atq; hoc modo vallũ in sui radice lineamẽtis prũ circũscriptũ est. Porro si animus erit vallũ à reliqua ciuitatis structura liberũ, deceterq; cõstruere

tum